



Appendix

HALURGIAE ACADEMICÆ.

*Paucis plurima comprehensu-
rus, Hypomnemata subjiciam
bic, in compendio.*

I.

SIne Salium cognitione accurata nihil in Chymia solidi, & ma-
gni unquam exspectari, vel elaborari potest.

II. Δός μοι πῦ σῶ, εὐ γῆ ἀλμηρώδετ, καὶ κινήσω τὴν ἀλγρ-
γιαν.

III. Salia ex calce viva incredibilem in regno Minerali (salia in-
gressum quippe faciunt,) & Vegetabili, ne quid de Animali
dicam, usum exhibent.

IV. Salurinosum frigida, sed calida sal parit, in communi, acidum.

V. Salia urinosa omnia, post correctionem sui, à corporibus jam
liberata alienis, generis ejusdem sunt.

VI. Inter salia alia acida subtilissimum, in regno Vegetabili est
Sp. vini, ut in Animali, — urinæ, inter urinosa.

VII. In regni triplicis corporibus compositis duo naturaliter in-
veniuntur salia, sapore maximè contraria.

VIII. Alkalia in acida mutantur salia, & sic reciprocantur invi-
cem; cum uni demitur, & alteri confertur terra sua. Me-
tamorphosis & Proteus πολύτροπος ex visilibus corpu-
sculis, invisibilibusq; oritur; hinc mille corporum compo-
sitorum transmutationes.